



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab initio Pontificatus usque ad
Annum 1746

Luxemburgi, 1752

CXLVI. Cicium Romanorum gradus certa ratione distinguuntur: Nobilium
Ordo, & Nobilium Conscriptorum numerus designatur; ac methodus
præscribitur in cooptatione aliorum Nobilium dienceps servanda. 4. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74696](#)

ANNO
1745.

BENEDICTUS XIV. An. VI.

337

ANNO
1745.

Non obstantibus remissionibus aliis obstantibus, nisi praesentibus legitime derogatum fuerit.

quascumque petitiones, aut supplications pro impetracione gratiarum in alterutro ex dictis Officiis per Sollicitatores, Agentes, negotiorum Expeditores, aut alios quoscumque, contra prescripta petitionis normam, forsan portrectas & presentatas, seu quodcumque porrigendas & presentandas, ad alterum ex eisdem Officiis, ad quod, juxta prmissae partitionis continentiam, pertinere dignoscuntur, fideliter dirigant, & remittant: Non obstantibus aliis quibuscumque ipsarum petitionum, aut supplicationum remissionibus, qua forsan ab alio quilibet ex Nostris Administris & Officialibus, etiam a Secretaria Nostra supplicum Libellorum, ac Nostro & Romani pro tempore Pontificis nomine, ac etiam a quacumque ex Congregationibus Sanctae Romanae Ecclesie Cardinalium emanaverint, vel extorta fuerint. Nos enim remissiones ejusmodi, contra memoratae partitionis prescriptum quomodolibet pro tempore emanatas, vel obtentas, nisi illa de speciali Nostro aut Successorum Nostrorum mandato, expressam ipsarum presentium derogationem contineant, tamquam per errorem factas, sive per subreptionem aut obreptionem obtentas, ab ipsis Brevium Secretario, atque Datario, eorumque Successoribus praedictis, omnino spernendas, & nullatenus attendendas fore declaramus.

Clausulæ fa-
lantes.

§. 10. Praesentes quoque Literas de subreptionis, obreptionis, aut cuiuscumque nullitatibus vel invaliditatis vitio, intentionisque Nostræ, ac quocumque alio defectu, etiam ex eo, quod in prmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere pretendentess, illis non consenserint, ac ad ea vocati, & auditi non fuerint, vel quocumque alio colore, praetextu, occasione, vel causa, a quoquam notari, impugnari, in ius vel controversiam revocari nullatenus unquam posse, sed eas semper & perpetue validas, firmas, & efficaces esse & fore, siosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat & spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari: Siquidem & non aliter in prmissis per quocumque Judices Ordinarios aut Delegatos, etiam Cavarum Palati Apostolici Auditores, ac praedictæ Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinales, & alios quoicumque quavis auctoritate & potestate fungentes & functuros, sublata eis & eorum cuiuslibet quavis alteri judicandi, declarandi, & interpretandi facultate, judicari, declarari, & interpretari debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingit attentari, irritum & inane decernimus.

Deroga-
tiones.

§. 11. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac quantum opus sit, de non tollendo jure quasit, alisque Nostri & Cancelleriae Apostolicae Regulis, necnon Privilegiis, Indultis, facultatibus, & Literis Apostolicis ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinali Brevium prædictorum Secretario, ac Datario seu Pro-Datario pro tempore existentibus, quomodolibet, & ex quacumque causa hic forsan de necessitate exprimenda, respectivè forsan concebris, approbatis, & innovatis, usibus quoque, stilis, tolerantiis, permissionibus, & conuentudinibus etiam diuturnis & inverteratis, in contrarium prmissorum quomodolibet forsan facientibus, vel extantibus. Quibus omnibus & singulis, illorum omnium & singulorum tenores etiam veriores praesentibus pro plene & sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad prmissorum effectum, specialiter & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sandio.

§. 12. Nulli ergo omnino Hominum licet paginam hanc Nostri approbationis, confirmatio-

nis, constitutionis, irritationis, annullationis, precepti, statuti, & voluntatis infringere, vel ei an si temerario conraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem Anno Incarn. Dominicæ MDCCXLV, sexto Kal. Dec. Pont. Nostri Anno Sexto.

Dati die 16.
Nov. 1745.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 9. Decembris ejusdem Anni.

Civium Romanorum gradus certa ratione distinguuntur: Nobilium Ordo, & Nobilium Conscriptorum numerus designatur; ac methodus prescribitur in cooptatione aliorum Nobilium deinceps servanda.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

URBEM Romam Imperii quondam amplitudine toto Terrarum Orbe clarissimam, nunc autem, Sacerdotalis fastigii Sede, atque praecipuo religionis domicilio, longe clariorem, dum, in subeundo Sacrofanti Apostolatus onere, una cum reliquis Ecclesiasticæ Ditionis Civitatibus & Provinciis, in potestatem & fidem nostram reciperemus; statim intelleximus id Nobis negotiū datum esse, ut eam imperio Nostro non modo tutam atque beatam, sed etiam honestam atque omni ex parte illufrem, quantum in Nobis esset, servare & præstare niteremur. Quod quum, pro singulari Nostro erga eandem Almam Urbem amore, vel potius pietate ab inuite atate animo Nostro concepta, ac toto vita cursu, in ipsa plerumque Urbe a Nobis honorifice juuadèque transacto, in dies auctâ & confirmatâ, libentissimè curandum, & pro viribus efficiendum suscepimus; difficile dictu est, & tamen aliqua etiam ex parte satis cognitum atque testatum, quot & quam assiduas curas, cogitationes, expensas, in duplice hujusmodi propositi Nobis Officii scopum ad hunc diem conferre debuerimus. Quoniam vero assumptum paterno studio opus non intermittere, sed ad finem usque urgere & promovere, auxiliante Domino, firmum & constitutum habemus; nunc unum potissimum, ad conservandum augendumque ipsius Urbis Nostre splendorem & decus, in illius constitutione reformatum Nobis esse, atque emendandum statuimus; quod plures mirati sumus, non satis distinctos in ea esse Civium gradus, nec certos adesse & præstitos limites, quibus Nobilium Romanorum Cœtus a reliquis Civium & Incolarum Ordinibus diserneretur. Et sane in omnibus recte constitutis Civitatibus hujusmodi Ordinum & graduum distinctione, tam municipalium Legum & Statutorum prescripto, quam ipsa Principum voluntate & auctoritate diligentissime custodiri, atque servari confuevit: idque ad utilitatem & decus Reipublicæ magnopere pertinere existimatur; propterea quod hominum animis id veluti insitum atque innatum videtur, ut si qua potissimum laus in Familia aliqua floruerit, hanc fere qui sunt ejus stirpis, vel ipso naturæ ductu, vel patriæ virtutis memoria, & sermonibus hominum excitati, cupidissime persequantur. Quapropter non solum decere, sed etiam expedire judica-

Exordium.
Pontificis
studium de
Urbis utilita-
tibus & or-
namentis.

Civium Or-
dines in Urbe
aptius distin-
guere statuit:

Confilia hac
de te habita.

Adscripti
inter Cives,
non ideo
Nobiles cen-
seri debent.

Forum no-
mina inter
Cives sim-
pliciter re-
ferenda.

Diplomata
Nobilitatis
contra for-
man Decre-
ti concessa
annullantur.

Qui Nobiles
Romani ha-
bendi fint.

vimus hujusmodi certam in Romana Urbe distin-
ctionem Ordinum a Majoribus neglectam, at-
multis modis, hominum fraude, turbatam, ac-
curatiū stabilire.

§. 1. Cumque magis aptam viam, atque ra-
tionem ad inventas pridem inordinaciones tol-
lendas, simulque in posterum præcavendas,
inire cuperemus; mandavimus dilectis Filio No-
stro Prospero Sancti Georgii in Velabro Sancte
Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali Columna
nuncupato, ut ipse cum dilectis Filiis tunc exi-
stentibus Conservatoribus Cameræ Urbis præ-
dictæ, & quatuor præterea Romanis Civibus
Nobili loco natis prudentia & rerum usu præ-
stantibus, a Nobis designatis, de tota re maturo
confilio deliberaret. Is vero, prædictis omni-
bus plurimis mensis spatio frequenter coram
se congregatis, atque auditis, quam eorum
sententias diligentissimè enucleatas atque dige-
tas, judicio Nostro detulisset; Nos demum,
omnibus libratis atque perpensis, motu pro-
prio, & certa scientia, infra scripta mandata at-
que præcepta inviolabiliter in posterum obser-
vanda, ad perpetuam Urbi dignitatem asseren-
dam, Apostolica potestatis plenitudine edere
atque sancire decrevimus.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, plures
Olim fuerint, & nonnulli adhuc forsitan existant,
qui adeptis tantummodo Romanæ Civitatis ju-
ribus, se tamquam de Nobilium Romanorum
Cœtu jactare, atque etiam in publicis Aëris, &
scriptis, seu monumentis, hujusmodi Nobilium
titulo & nomine semetipos decorare, & ab aliis
compellari facere non dubitaverint; freti fortasse
aliqua expressionum & clausularum exuberantia,
qua in concessa sibi Civitatis Diplomatibus ho-
nestari, & cumulari meruerint; Nos in primis
decernimus arque statuimus, nemini licuisse,
aut licere, Nobilis Romani gradum aut hono-
res & privilegia sibi arrogare, quem conset a
Conservatoribus pro tempore Cameræ Urbis
prædictæ Romanâ tantummodo Civitate dona-
tum fuisse, neque deinceps ad superiores hono-
res, ut infra, adscendisse; sed illos dumtaxat,
& non alios, pro veris Nobilibus Romanis nunc
quidem haberi volumus, & reputari, quorum
infra seriem & qualitates exhibebimus; non ob-
stante quacumque hujusmodi nominis usurpatio-
ne, vel prætensa etiam longissimi temporis pos-
sessione, seu quasi; & non attenta qualibet ex-
pressionum amplitudine aut clausularum exube-
rantia, que in eorum receptionis Diplomatibus,
etiam ipsorum, vel Progenitorum suorum me-
ritorum intuitu, adscripta, inferta, seu adjecta
fuerint; quam quidem ipsis decernimus nullum
tribuere gradum majorem ea Civitate, quam
ex ipsis Cameræ Capitolinæ Tabulariis, in qua
successivis temporibus, de mandato Consilii Ge-
neralis, nomina Civium adscriptorum five crea-
torum referuntur, eisdem concessam fuisse di-
gnoscitur. Quapropter volumus & mandamus,
novum confici Librum, seu Regestum, in quo
omnium hujusmodi creatorum Civium nomina,
sub simplici Civium nomina, sub simplici Civium
Romanorum denominatione & titulo descri-
bantur; atque hujusmodi dumtaxat Librum, seu
Regestum, de cetero attendi deberet; Nulla-
tentus vero præfata Diplomata, quæ omnia &
singula, pro eo quod pertinet ad Patriciatum, five
Nobilitatis concessionem in ipsis forte enuncia-
tam, prædictis motu, scientia, atque auctorita-
tis Nostre plenitudine annullamus, & irritamus,
& nemini ad hujusmodi effectum, five ab nobili-
tatis probationem, ullibi, aut ullo unquam tem-
pore suffragari decernimus.

§. 3. Porro Nobilitatis Romanæ gradum &
honores iis tantummodo jure competere, ac
in posterum deferri volumus atque statuimus,
qui vel ipsi, vel ipsorum Progenitores ad hunc

diem, Conservatorum Cameræ Capitolinæ, aut
Priorum Capitum Regionum Urbis, Officia &
munera gessisse comperti fuerint; aut qui dein-
ceps ad eandem Romanam Nobilitatem ritè ad-
missi, & præviis probationibus, ut infra, fa-
ciendis, adscripti fuerint. Qua de re quum ad
habendam certam eorum seriem, qui prædictis
Conservatorum aut Priorum muneribus atque
honoribus hucusque functi fuerunt, Libros, &
Fastos Capitolinos accuratissimè inspici &
describi jussierimus; infra scriptaque Familia Civium
Nobilium tam Romanæ, quam aliarum Civitatum
Italicarum, reperta fuerint; Nos caldem
Familias ad hujusmodi munera & honores olim
admissas, quorum scilicet descendentes masculi,
five feminas extare accepimus, præsenti-
bus nostris Literis adnotamus.

§. 4. EARTHUR SERIES HAC EST.

Abbatti.	Coflaguti.	Origo.
Acciaiuoli.	Cremona.	Orsini.
Accoramboni.	Crescenzi.	Otieri.
Alberici.	Carti.	Palagi.
Alberici.	Dandini.	Paleotti.
Alberini.	del Drago.	Palombara.
Aldrovandi.	Eustachij.	Papi.
Amadei.	Fagnani.	Paracciani.
Americi.	Falconieri.	Parenzi.
Androsilla.	Fani.	Passerini.
Androsilla.	Fantuzzi.	Passionei.
de Angelis.	Febei.	Patrizi.
Anguillara.	Filonardi.	Petroui.
Annibali.	Fioravanti.	Pierleoni.
Antamori.	Florenzj.	della Porta.
Aquilani.	Fonseca.	del Pozzo.
Astalli.	Frangipani.	Raggi.
d'Aste.	Gabrielli.	Rapponi.
d'Aste.	Gabrielli.	Ravenna.
degli Atti.	Galli.	Ricci.
Baldassini.	Gavorti.	Roberti.
Bentivogli.	Genga.	Rocchi.
Bentivogli.	Gentili.	Rocci.
Bernardini.	Ghislieri.	Rondanini.
Bernini.	Ginnasi.	Rofolini.
Bichi.	Giori.	de Rossi.
Boccadapuli.	Gottifredi.	de Rossi.
Bolognetti.	Grassi.	Sacchetti.
Bonaccorsi.	Grassi.	Sacrazi.
Bonarelli.	Grillo.	Sacripanti.
Bonnechi.	Gualtieri.	Sampieri.
Buflani.	Incoronati.	Scarlatti.
del Bufalo.	Inghirami.	Serlupi.
Buratti.	Lancetta.	de Signoribus.
Bussi.	Lercari.	Sinibaldi.
Butii.	Maccarani.	Soderini.
Caccia.	Macchiavelli.	Sorbolonghi.
Caffarelli.	Mandosi.	Spada.
Capizucchi.	Manfroni.	Spada.
Capponi.	Mantica.	Stati.
Capranica.	Marciano.	Tanara.
Carandini.	Marcolini.	Tarugi.
Cardelli.	Mariscotti.	Teodoli.
Carpegnà.	Massimi.	Tesfa.
Casali.	Melchiorri.	Tella Piccolo- mini.
Cavalieri.	Mellini.	Tibaldeschi.
Cavalletti.	Mignanelli.	Tomati.
Cacci.	Molara.	Torres.
Cellefi.	del Monte.	Varani.
Cenci.	Montecatino.	Vecchiarelli.
Cenci.	Moroni.	Vermiglioli.
Cerri.	Muti.	Verolpi.
Ceva.	Muti.	della Vetera.
Chigi Montoro.	Nari.	Vettori.
Ciccolini.	Negrone.	Vidaché.
del Cinque.	Nunez.	Vitelleschi.
Ciogni.	Nunez.	Zambecchi.
Circi.	Nuzzi.	Zinanni.
Collicola.	Olivieri.	
Colonna.	Correa.	
	Olgiali.	

Elenchus
Familiarum
requisitis
qualitatibus
gaudentium.

§. 5. Itaque volumus & mandamus peculiarem quemdam Librum, seu Regestum confici, in Capitolino Tabulario deinceps afferendum, in quo cum assistenti Dilectorum Filiorum Conservatorum Camerae prædicta, & Prioris Capitum Regionum Urbis nunc & pro tempore existentium, per manus Dilecti pariter Filii nunc & pro tempore existentis Scribae Senatus Participantis nuncupati, describantur tam omnes & singuli præmissi, quam alii deinceps in Civium Nobilium Romanorum ordinem rite, ut infra, cooptandi.

§. 6. Præterea motu, scientia, & potestate similibus, ex Familia superius enunciatis certum & constantem numerum sexaginta Familiarum, & non ultra, designari volumus, quas quidem Nos prima vice, ut infra, designamus; que Familia Civium Nobilium Romanorum Conscriptorū appellari debeant, queque per manus prædicti Scribae Senatus, & cum assistentia, ut supra, describantur in alio peculiari Libro, in Archivo Capitolino pariter afferendo; eorum vero nomina Tabellis, seu Chartulis inscripta in Urna quadam, vulgo *Buffolo*, includantur, ad effectus infra dicendos.

§. 7. Nomina igitur Familiarum Civium Nobilium Romanorum Conscriptorum, que a Nobis designantur, sunt que sequuntur.

Accoramboni, Marius.

Anguillara, Carolus.

Ajalli, Tiberius.

d'Alle, Franciscus.

d'Aste, Mauritius.

Bichi, Carolus.

Boccadulci, Petrus.

Bolognetti, Jacobus.

Bonarelli, Petrus.

del Bufalo, Hyacinthus.

Buffi, Raynerius.

Capizucchi, Marius.

Capponi, Alexander.

Capranica, Camillus.

Cardelli, Antonius.

Carpegna, Franciscus.

Casali, Alexander.

Cavalieri, Aemilius.

Cenci, Virginius.

Cenci, Christopherus.

Ceva, Hortensius.

Chigi Montorio, Joannes.

Costaguti, Joannes Georgius.

Crescenzi, Virgilius.

del Drago, Paulus.

Falconieri, Horatius.

Filonardi, Scipio.

Frangipani, Pompejus.

Gabrielli, Angelus.

Gabrielli, Antonius.

Gavotti, Stephanus.

Grassi, Marcus Antonius.

Maccarani, Joseph.

Mariscotti, Horatius.

Massimi, camillus.

Massimi, Franciscus.

Melchiorri, Joannes Baptista.

Mignanelli, Jacobus.

Molara, Terentius.

Muti, Innocentius.

Muti, Vincentius.

Nari, Fabritius.

Olgati, Joannes Baptista.

Origo, Vincentius.

Orsini, Benedictus.

Ottieri, Lotarius.

Palombara, Maximilianus.

Patrizi, Patritius.

Petroni, Alexander.

Raggi, Thomas.

Ricci, Julius.

Sacchetti, Joannes Baptista.
Sampieri, Joannes Baptista.
Serlupi, Hieronymus.
Soderini, Nicolaus.
Spada, Clemens.
Teodoli, Hieronymus.
Verospi, Hieronymus.
Vettori, Franciscus.
Vitellechi, Franciscus.

§. 8. Ut autem in posterum nulli liceat indigno in Civium Nobilium Romanorum Tabulas irrepere, quoties aliquis ejusdem Urbis, sive alterius Civitatis Civis, perierit se, suamque Familiam in hujusmodi Nobilium Romanorum Ordinem adscribi; volumus, ut quatuor ex præfatis Nobilibus Conscriptis, quorum nomina singulis vicibus, coram Conservatoribus, & Regionum Priore pro tempore existentibus, a Scriba Senatus Participante ex prædicta Urna forte extracta fuerint, qui nimirum in hujusmodi respectiva Familia personam capitum gerere dignoscantur, dummodo tamen xx. atatis sua annum expleverint, ipsius postulantis, ejusque Familia conditiones & qualitates diligenter inquirant; ac de iis ad Congregationem ex infra scriptis personis compositam, nimirum ex tribus pro tempore Conservatoribus prædictis Camera, & Priore Capitum Regionum Urbis, necnon duobus Sindicis, ipsisque quatuor Nobilibus Conscriptis, ut supra, extractis, & Scriba Senatus Participante, dummodo is ex Civium Nobilium Romanorum cœtu existat, (cui quidem Congregationi privativum jus & auctoritatem cognoscendi de hujusmodi Nobilium receptionibus harum serie perpetuo attribuimus), exactissime & verissime referant. Quod si ab hujusmodi postulante per authentica documenta probatum fuerit, tam suam, siue Patris stirpe, quam Matris, & Aviæ paternæ, atque maternæ Familias, integro centum annorum decursu, sive Romæ, sive in aliis Civitatibus, ut supra, in Nobilitatis splendore & juribus versatas esse; vel etiam, quod attinet ad Familias Matris, aut Aviæ paternæ, sive maternæ, eas de numero Familiarum Nobilium Almae Urbis prædicta, juxta præsentium Litterarum tenorem & dispositionem, existere; atque hæc omnia, iis, qui prædictam Congregationem constituent, majori scilicet ipsorum numero per secreta suffragia in affirmativam consentiente, probata fuerint; tunc volumus ipsius postulantis nomen, eadem Congregatione præsente, per manus prædicti Scribae Participantis, Civium Nobilium Romanorum Albo adscribi; ejusdemque receptionis decretum, una cum omnibus authenticis monumentis ad Nobilitatis probationem ab eo prolatis, in Tabularium Capitolinum inferri. Publicum vero Diploma Nobilitatis Romanae eidem concessa, juxta formam inferius præscribendam, confici, ipsisque nuper adscripto tradimandamus.

§. 9. Nec aliâ prorsus ratione agendum esse decernimus, quoties, deficiente aliqua ex Familia Nobilium Conscriptorum superius enunciatis, aliam in eum numerum deinceps adscripsi oporteat. Volumus nimirum, quatuor, ut supra, ex prefata Urna extracti, qui postulantum qualitates, & probationes ab his afferendas, examinent; & ad predictam Congregationem de præmissis judicaturam distincte referant; ad hoc ut illius nomen, qui dignus habitus fuerit in locum vacantem subrogari, in prefato peculiari Libro adscribatur, Urnæque prædictæ includatur; ac documentis ab eo producitis, Decretoque defuper condito, in Archivum relatis, ipsius Decreti exemplum, juxta aliam formam inferius pariter præscribendam, eidem expediatur. Verum, ut quis, eveniente hujusmodi loci vacatione, in numerum Civium Nobilium

Ratio ser-
vanda in ad-
scriptione
Nobilium

Probationes
ad hunc ef-
fectum con-
ficiendz.

Quomodo
suppleri de-
beat nume-
rus Nobilium
Conscripto-
rum.

Requisita.

Conscriptorum recipi valeat, hoc insuper requiri mus, ut nempe ipsius Familia inter Nobiles Romanas jampridem adscripta sit, & fixum in ipsa Urbe Domicilium habeat; ac praterea illibatam ducentorum annorum, tam in paterna, quam in materna, & Avia paterna, materna que stirpibus Nobilitatem, authenticis, ut supra, probationibus demonstreret; Si quis autem requisitas probationes quoad paternam Familiam perficerit; Matrem vero suam, vel Aviam paternam, sive maternam, ex aliqua ex Familias Nobilium Conscriptorum esse aut fuisse demonstraret, nolumus alias ulteriores probationes, quoad hujusmodi Maternae, aut alterutrius Aviae Familiarum nobilitatem, ad effectum de quo agitur, ab eo requiri. Quod si inter eos, qui se posterosque suos in deficientibus Familiis locum subrogari petierint, aliquis sit, qui ex eadem gente, diversa vero stirpe, originem ducere se ostendat; volumus hunc, modo nullam in sua stirpe labem contra requisita Nobilitatis candorem contraxerit, ceteris omnibus postulantibus anteferri. Eos vero, qui non ex defectu probationum repulsam tulerint, sed propter debitam alteri prælationem, in certum illum atque confitentem Nobilium Conscriptorum numerum admitti nequerint, eveniente alterius loci vacatione, ab onere novas conficiendi probationes absolvimus, dummodo relatis in Archivo Capitolino, probationibus semel recognitis & approbatis, neque se postmodum, neque Familiam suam dedecore ullo, aut imparis affinitatis contracta vitio, sedatam fuisse demonstrent.

De omnibus
judicandum
ad normam
Juri, &
Constitutio
num Aposto
licarum.

Familia
Roman. Ponti
ficum pro
tempore,
Nobilium
Ordini ad
scribantur.

Aliquot Of
ficia Nobili
bus privative
conferenda.

Sindici ex
trahantur ex
Urna Nobili
rum.

In adser
ptione Ci
vium seruen
tor Statuta
Urbis.

Conscriptorum recipi valeat, hoc insuper requiri mus, ut nempe ipsius Familia inter Nobiles Romanas jampridem adscripta sit, & fixum in ipsa Urbe Domicilium habeat; ac praterea illibatam ducentorum annorum, tam in paterna, quam in materna, & Avia paterna, materna que stirpibus Nobilitatem, authenticis, ut supra, probationibus demonstret; Si quis autem

requisitas probationes quoad paternam Familiam perficerit; Matrem vero suam, vel Aviam paternam, sive maternam, ex aliqua ex Familias Nobilium Conscriptorum esse aut fuisse demonstraret, nolumus alias ulteriores probationes, quoad hujusmodi Maternae, aut alterutrius Aviae Familiarum nobilitatem, ad effectum de quo agitur, ab eo requiri. Quod si inter eos, qui se posterosque suos in deficientibus Familiis locum subrogari petierint, aliquis sit, qui ex eadem gente, diversa vero stirpe, originem ducere se ostendat; volumus hunc, modo nullam in sua stirpe labem contra requisita Nobilitatis candorem contraxerit, ceteris omnibus postulantibus anteferri. Eos vero, qui non ex defectu probationum repulsam tulerint, sed propter debitam alteri prælationem, in certum illum atque confitentem Nobilium Conscriptorum numerum admitti nequerint, eveniente alterius loci vacatione, ab onere novas conficiendi probationes absolvimus, dummodo relatis in Archivo Capitolino, probationibus semel recognitis & approbatis, neque se postmodum, neque Familiam suam dedecore ullo, aut imparis affinitatis contracta vitio, sedatam fuisse demonstrent.

§. 10. Qui vero sint Nobilitatis tituli, quibus tam personæ, quam Familia illustrantur; quia probationes legitimam fidem facientes; quidve dicendum sit Familiarum Nobilitati officere, carumque splendorem obcurare; id ex juris communis, Statutorum, & Constitutionum atque Ordinationum Apostolicarum praescripto colligendum, & judicandum decernimus; mandantes, ut Familiæ Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum in Petri Cathedra pro tempore sedentium, predicto Civium Nobilium Romanorum Ordini, nullis requisitis probationibus, quamprimum adscribantur.

§. 11. Ut vero hujusmodi Nobilium Romanorum Ordinis decus, adeoque ipsius Urbis dignitas, firmius stabiliusque confistant, hoc speciali Privilégio universum Civium Nobilium cœcum Apostolica liberalitate donamus, ut ne quis in posterum ad Officia & Munera Conservatorum Cameræ Capitolina, aut Prioris Capitum Regionum Urbis, vel Magistrorum Viarum, sive Consulatum Artis Agriculturæ, vel deum Curatorum publicorum Aedificiorum Urbis, Fabriciorum nuncupatorum, a Nobis institutorum, eligatur & deputetur, neque in numerum quinquaginta Consiliariorum Sede Apostolica vacante assumatur, nisi de Civium Nobilium Romanorum superius enunciatorum, aut deinceps rite adscriptorum, Ordine & cœtu existat; Sindici vero, qui a Conservatoribus predictis in eorum Congregatione Oeconomica pro tempore eligi & deputari debent, consuetis modo & forma extrahantur ex predicta Nobilium Conscriptorum Urna, quam quidem subrogari mandamus loco alterius ejusdemque Urna, seu Buffalo, hactenus ad hujusmodi effectum adhibiti. Mandantes propterea Ven. Fratri Nostro Annibali Episcopo Portuen. S. R. E. Cardinali Sancti Clementis nuncupato ejusdem S. R. E. Camerario, necnon Dilecto Filio Nostro Sylvio Tituli Sanctæ Priscae ipsius Sanctæ Romanae Ecclesie Presbytero Cardinali de Valentibus etiam nuncupato Nostro Secretario Statutis, ipsisque Dilectis Filis Conservatoribus Cameræ Urbis predictis, & Priori Capitum Regio-

num, eorumque in predictis Officiis & Muneribus respecti Successoribus, aliisque omnibus & singulis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit in futurum, ut in prefatis Electionibus & Deputationibus, hanc Decreti Nostri formam præ oculis habeant, & adamassim observent.

§. 12. Demum quod pertinet ad creationes Civium Romanorum, volumus, ut ea, que in Statutis ejusdem Almae Urbis a fel. record. Gregorio Papa XIII., aliisque Praedecessoribus Nostris, approbatas & confirmatis, circa largitionem & communicationem Civitatis hujusmodi, praescripta sunt, exactè perpetuo serventur & impleantur.

§. 13. Per haec autem, que ad congruam certamque Civium Nobilium in Urbe Roma distinctionem, eorumque Ordinis decus, providè statuimus, non intendimus peculiare aliquod Corpus, seu Collegium, aut Magistratum Civium Romanorum Nobilium, vel Nobilium Conscriptorum, erigere aut constitueret, cuius aliqua esse debeat in Urbe jurisdictione, jus, & auctoritas, extra praemissa; quodque Tribunal aliquod, seu peculiare Sigillum, aut Archivum habere valeat, & retinere; neque de alis quibuscumque rebus Decreta condere, aut publicare; vel ullum imperii actum in Officiales, & Ministros Cameræ Capitolina, sive in alios quoscumque, exercere: Sed ipsius Cameræ Capitolina, ejusque Tribunalium, & Officiorum regimen, eodem, quo ad hunc diem, modo, & formâ, administrari jubemus. Atque insuper non alios in Consilio Generali (consuetis tantummodo temporibus, & occasionibus convocando) adesse, aut suffragium ferre permitimus, præter eos, quos retroactis temporibus hujusmodi jure pro tempore gavilos esse dignoferit: Districte inhibentes, ea lege, qua de Majestate est, ne ipsi predicti Cives Nobiles, aut Nobiles Conscripti, conventus communes habere, aut in Consilium, sive in Congregationem, extra casus, & præter numerum superius enunciatis atque prescriptos, convenire, vel aliqua communis nomine statuere aut decernere, sine previo Nostro, & Successorum nostrorum assensu & beneplacito, ullo unquam tempore possint, aut valeant.

§. 14. Decernentes easdem praesentes Literas, & in eis contenta quacumque, etiam ex eo, quod omnes vel singuli supradicti, ac alii quicunque in praemissa quomodolibet jus vel interesse habentes, seu habere prætententes, ejusvis status, gradus, ordinis, præminentia, vel dignitatis, etiam Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinales predicti, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni existant, eisdem praemissa non consenserint, nec ad ea vocati seu auditi fuerint, tametsi suorum inditorum, facultatum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari semel, vel pluries quo modo debuissent, aut ex alia quantumvis juridica & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obrepitionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostra, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & substanciali defectu, notari, impugnari, infringi, seu in controversiam vocari nullatenus posse, sed semper & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere & fore, suoique plenarios & integros effectus sortiri & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandcumque spectabit, inviolabiliter observari.

§. 15. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate, præminentia, aut potestate fun-

gentes

Mandata pro
præmissorum
executione,

Nihil inno
vetur in re
gimine Ur
bis, & Ca
meræ Cap
itol. &c.

Clausule
praeservati
væ.

Aliter judi
cari prohi
betur, cum
Decreto ini
canticis

gentes & functuros, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, ac Sancta Romana Ecclesia Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis alter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter configerit attentari.

Contraireis
quibuscumque
expresso
derogatur.

§. 16. Non obstantibus Nostra, & Cancelaria Apostolica regula de jure quasito non tollendo, nec non aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac predicta Alma Urbis Nostra, ejusque Camera, & Magistratum Populi Romani, Statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Facultatibus, Indultis, seu Diplomaticis, quibuslibet personis sub quacunque forma, & expressione concessis; omniumque præmiforum, etiam juramento, vel Apostolica Auctoritate, seu quavis firmitate alia roboretis, confirmationibus, & innovationibus; quibus omnibus, & singulis, ad premissorum effectum dumtaxat, illis alias in suo robe permanens, motu, scientia, & potestate prædictis, amplissime, ut præfertur, derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 17. Ceterum Diplomatum, qua in concepcione Civitatis, queque in adscriptione Nobilium, expedienda erunt, exempla subjicimus; que quidem sub eadem invariabili forma Typis imprimi, & in singulis respectivè casibus tum a Conservatoribus pro tempore Camerae Urbis prædicta, tum etiam a Scriba Senatus Particidente subscribi, & publico S. P. Q. R. signo muniri mandamus. Decretorum quoque in Nobilium Conscriptorum cooptatione confiendorum authentica exempla, juxta aliam formam pariter infra subjectam, ab eodem Scriba Particidente subscribi, eodemque publico signo firmari volumus, & jubemus.

§. 18. Forma igitur Litterarum seu Diplomatum in Creatione Civium Romanorum expedien. hæc est:

BENEDICTO XIV.

Pontifice Maximo sedente, Anno VI.

-- Conservatores Camerae Almae Urbis --
Officisam erga Populum Romanum, uilemque Urbi Nostræ affectionem, cuius non obscura ad hunc diem specimina dedit N., congruis muneribus, & præiis ornare decrevimus. Itaque placuit ipsum N., Filios, Posteroque ejus, in Civium Romanorum numerum cooptari: ipsum, filios, posteroque ejus Civium Romanorum Tabulis adscribi; eidemque tradi publicas Litteras, quarum auctoritate omnibus pateat, ipsum cum filii, posteroque suis, studio nostro, iussi mandatoque Populi Romani, Civitate nostra donatum, hujus Privelegii ergo, omnibus Civium Romanorum iuribus cum ceteris Civibus aqua lege gaudere, in fide & clientela Populi Romani. Actum in Capitolio Kalendis Oct. MDCC. &c.

-- Nomina Conservatorum Camerae Urbis --
N. N. Scriba Senatus.

Diploma in
creatione
Civis Roma-
ni.

§. 19. Forma verò Diplomatum expedien. in receptione Civium Nobilium Romanorum talis est:

BENEDICTO XIV.

Pontifice Maximo sedente, Anno VI.

-- Conservatores Camerae Almae Urbis --
Cum Magistratus Populi Romani N. N. &c. &c.

Bullarii Romani Contin. Pars X.

N. N. N. Nobiles Romani Conscripti, inquisidores sortito electi, convenienter in Edibus Capitolii, ibique verba facta essent de N. spefatis virtutibus, ejusque affectione erga Populi Romani nomen multis argumentis testata, deque ejus Familiae antiquo splendore certis monumentis comprobato, placit universis ipsius merita amplissimis Urbis Nostræ honoribus cumulare. Quapropter sanum est, ipsum N., Filios, Posteroque ejus in conspicuum Nobilium Romanorum Ordinem cooptari, publicaque Litteras perscribi, quarum auctoritate omnibus palam fieret, ipsum N. plenissima Romana Nobilitate donatum fuisse; cumque Nobilem Romanorum numero habendum esse: ipsi, filii, posterisque ejus licere omnibus Nobilium Romanorum iuribus, honoribus, munis, ac privilegiis frui, & gaudere. Ut quæcumque ad hunc diem ab ipso, ejusve Majoribus prodierunt præclara confilia, aque facinora, haud dissimilia his in posterum ab eodem, ejusdem Familia, ad Urbis Nostræ utilitatem. & decus perpetuum, conferantur. Actum in Capitolio Kalendis Oct. MDCC. &c. Nomina Conservatorum Camerae Urbis -- N. N. Scriba Senatus.

§. 20. Forma demum Decretorum expedient in cooptatione Civium Nobilium Conscriptorum Urbis Roma est, qua sequitur, videlicet: Kalendis Oct. MDCC. &c. In Edibus Capitolii: Quod Nobiles Romani Conscripti N. N. N. N., inquisidores sortito electi, cum Magistratibus Populi Romani verba fecerunt de N. Nobili Romano cum Filiis Posteroque ejus inter LX. Nobiles Conscriptos cooptando, in locum Familiae N. pridem extintæ: quod ipsius N. spectata virtus, ejusque Familiae antiqua, & probata Nobilitas postulare vise est: D. E. R. I. C., uti auctoritas perscriberetur, qua idem N. in numerum LX. Nobilem Romanorum Conscriptorum adlegeretur; eoque numero deinceps effet; licetque ei Nobilem Conscriptorum Privelegii frui, & publica ejusdem Collegii munia obire: U. ipse, filii, posterisque ejus omni tempore de Patria bene mereri pergent, Populi Romani nomen angeant, Urbis Nostræ utilitates dignitatemque, opera, consilio, fide tueantur -- N. N. Scriba Senatus.

§. 21. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Nostrarum Constitutionis, ordinationis, adscriptionis, prohibitionis, derogationis, Mandati, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem Annō Incarnationis Dominica millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, pridie Nonas Januarii, Pontificatus Nostrī Anno Sexto.

Decretum in
receptione
Nobilis Ro-
mani Con-
scripti.

Sanctos

Dat. die 4.
Jan. 1745.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Admissio nonnullarum Familiarum inter alias
Civium Nobilium Romanorum.

S. P. Q. R.

CUM post editam a Sanctissimo Domino
Nostro Domino BENEDICTO PP. XIV.
Constitutionem, qua incipit *Urbem Romanam sub
datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die
4. Januarii 1746.* porrectus fuerit Sanctitati Suæ
per Illustrissimos & Excellentissimos Dominos
Almae Urbis Conservatores libellus supplex no-
mine aliquarum Nobilium Familiarum, qua
Magistratibus Capitolinis perfunctæ, in enu-
meratione Familiarum, quæ in antedicta Bulla
ad Romanam Nobilitatem adsciscerantur, fuer-
ant prætermissa; Placuit Sanctitati Suæ dictis
Dominis Conservatoribus rescribere, Con-
stitutionem non obstare, quin immo con-
sentaneum esse menti, & voluntati Sanctitatis
Suæ, ut Familia prædictis honoribus olim
perfunctæ demonstrata Personarum nunc ex-
istentium descendenti, absque aliis Nobilitatis
probationibus Nobilium Romanorum libro
adscribantur, prout de his omnibus constat ex
dicto supplici libello cum rescripto ex Audien-
tia Sanctissimi die 12. Januarii 1746. in Tabula-
rio secreto Excellentissimæ Camerae Capitolinæ
asservato, ad quod &c. In horum igitur ex-
ecutionem, præviis probationibus ad formam su-
pradiicti rescripti fuerunt usque adhuc plures Fa-
milia de mandato Illustrissimorum & Excellentissimorum DD. almae Urbis Conservatorum per
me infra scriptum Sacri S. P. Q. R. Scribam in
albo Nobilium Romanorum adscriptæ, nempe
de anno 1746. die 25. Januarii Familia Bon-
adies, & Boncompagni, die 28. Aprilis Familia

Cenci bo. me. Joannis, die 15. Septembris Famili-
lia Brandani, die 5. Octobris Familia Gherardi,
die 14. Decembris Familia Mazzini; De anno
verò 1747. proxime elapso die 30. Maii Familia
Oignani, die 30. Augusti Familia Orfini, & die
2. Martii currentis anni 1748. Familia Mazzanti.
De quibus omnibus plenissime constat ex publicis
documentis in Tabulario secreto Excellentissimæ
Camerae Capitolinæ asservatis, nec non ex libro Decretorum penes me Scribam-Senatus
infra scriptum existente. Insuper attentis probatio-
nibus in prælaudata Bulla decretis coram qua-
tuor ex Illustrissimis Nobilibus Conscriptis scruta-
toribus singulis vicibus fortid electis per authentica
documenta peractis, fuerunt aliqua Familia in hujusmodi Nobilium Romanorum
Ordinem per secreta suffragia cooptata, nimirum de anno 1746. die 21. Julii Familia Ronconi,
die 10. Novembris Familia Panimolle, ac de an-
no proximè praterito 1747. die 30. Januarii Fa-
milia de Particella, & die 25. Maii Familia de
Laviniis. De quibus pariter satis superque con-
stat ex publicis Diplomatibus, ac Scripturis in
prædicto Tabulario secreto Excellentissimæ
Camerae Capitolinæ repositis, ac etiam, ex
libro præfato Decretorum penes me asservato.
Ut autem de his omnibus & singulis veritas ubi-
que paret, has præsentes Literas manu mea
subscriptas, & solito, quo utor, Sacri S. P. Q. R.
Signo munita dedi, ac publicavi requiritus. In
quorum fidem &c. Ex Capitolio anno ab urbe
condita 2498. Ab Orbe autem redempto 1748.
Quarto non. Martii.

Ita est Virginius Cincius
S. P. Q. R. Scriba.

Loco ✡ Signa.



INDEX